



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Tractatvs De Regimine Ecclesiae Episcopalis In Octo
Libros Distribvtvs**

Antonelli, Giovanni Carlo

Velitris, 1650

Svmmarivm.

urn:nbn:de:hbz:466:1-11401

82. Observant s. quod licet subse-
quatur matrimonium, remaneat
tamen poena infamiae, excommu-
nicationis, & incapacitatis ad di-
gnitates per Tridentinum inflis-
ta, quæ cum non requirat ali-
quam actionem ad sui exequatio-
nem, ipso facto incurritur etiam
ante Iudicis sententiam *Nu. cōf.*
3. num. 5. de Raptor. Bonacini de
Matrim. q. 4. pun. 18. num. 10: que-
madmodum Raptor tenetur etiā
in tali casu raptam dotare arbit-
rio Iudicis ex dispositione eius.
dem Concilij d. cap. 6. quamvis ad
id non teneatur, nisi fuerit condé-
natus *Nau. in man. cap. 16. nu. 17.*
Bonacini loco cit. num. 10. vers. se- cunda est.

83. Quæres, an Raptor sequuto
matrimonio euitet alias penas
a iure infictas? Respondeat Ricc.
in Collect. dec. 82. par. 1. quod Ra-
ptor matrimonium contrahens
cum rapta non euitat penas a le-
ge ciuili propter raptum imposi-
tas: & hęc sententia mihi vide-
tur verior in punto iuris, quia
textus in d. l. vñ. C. de Rapt. Virg.
expresè prohibet matrimonium
inter raptorem, & raptam, licet
correctus fuerit perius Canonicū
in cap. fin. de Raptor. & Conc. Tri-
dentinum loco cit.

Hęc tamen opinio in tali casu
non seruatur in praxi, vt d. Boff. in
tit. de Rapt. mulier. num. 18. & ideo
alii asserunt, Raptorem tuac nō
esse puniendum poena corporali,
sed confiscatione honorum, ita
Clar. in S. Raptus vers. quero mo-
do E: Suar. relatus in Syntag. opim
comm. tit. de Rapt. Virg. c. 1: vers. 1:

Alij verò dicunt, quod mattri-
monium omnem penam tollit, &
quod in hoc attendi debet ius ca-
nonicum, quod potuit mitigare
penam, ita DD. quos refert, & se-
quitur Boff. loco cit. & hęc senten-
tia benignior quidem est, & ideo
in praxi seruanda, dummodo pre-
cesserit tractatus de nuptijs, vel
sponsalia, & puella consensu in
matrimonium: tunc enim huius-
modi raptus non punitur de iure
canonico, ut in d. cap. cum causa
vbi DD: de Raptor: sequuto tamē
matrimonio, vt supra Ricc. in
Collect. dec. 539. par. 3: & in hoc
corrigitur d. lex. vñ. C. de Rapt.
Virg. quo casu ius canonicum
matrimonij libertati consuluit;
quia aliquando in domo Paren-
tum liberē costrahi non potest,
vt d. Sylu. in ver. luxuria num: 6.

S V M M A R I V M.

- 1 Crimen Abortus est mixti fori.
- 2 Delinquens in tali casu qualiter
puniatur.
- Clericus huius criminis reus an-
teneatur ante Iudicis sententiā
dimittere officia, seu beneficia,
ibidem.
- 3 Quando dicatur fœtus anima-
tus.
- 4 Anima quando venseatur infus-
sa.

CAP.

